Publication/Creation

July 1953

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/aztu4rgw

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

98 Charisma sine

eft: Nihil hic nifi benedictio & benefactum, precatio, impofitio manuum, & falutaris contrectatio, crucilignatio, quæ ceremonia eadem est in baptismo, appensio auri, quod non est amuletum vel periaptum, fed eleemofyna facra, & charitatis pignus, fiue auctoramentum; denique nihil nifi cultus Dei, veneratio Chrifti, curatio & fanitas Christiani: nullæhic præstigiæ, nulla incantamenta, nullæ imagunculæ, nulla figilla, nulli characteres, nulla phantafmata, nihil fictum, falfumue reperitur : totum hoc miraculofæ effectionis quantumcunque eft, quod cft certè maximum, veri ac folidi miraculi loco numerandum eft: ficut enim lotio pedum regibus Angliæceremonia anniuerfaria est, itacuratio ftrumæ attactu manuu non tamannua, quam menstrua ac pene quotidiana est. Quotusquisque autem illam fanctorum, & fanctarum, vel Chrifti pauperum, lotionem pedum vituperare iure merito poteft? in qua tanta Maiestas, quanta in terris maior nulla eft, ad humillima pedum olcula abiecerit se, id est Christianis fratribus & fororibus propter Christum subjectit le, neque suppuduerit tale humilitatis documentum femel ac iterum, fed fæpius in hoc breui vitæ curriculo oftendere. Sed hoc opuseft aduersus homines corpore & valentes, & fanos; quiddam humile tamen & valde demillum Christianitatis officium est, quia lotio pedum

donum Sanationis.

99

pedum, corundemque deofculatio beneficium certe quidem non est, si regiam liberalitatem & eleemolynam exceperis, quæ aliud eft, & diuerfum a falute corporis, quæ comparaturbeneficio medendi morbo, non beneficentia erga morbofum. Quantum ego affequor, & hæc lotio, & illa sanatio, altera alterius laudem mirabiliter auget, & amplificat; veruntamen voluminibus laudum mearum haud facile laudationem istius diuini muneris ac charifmatis fanandi inftituerim, ac verarum laudum cumulo compleuerim; ô longe, lateque diffufam laudem, o fingularem & diuinam dotem, ô vere Christianum pectus, dignum maioribus fuis, regibus clarifimis & Chriftianissimis, ô admirabilem humilitatis spiritum, dignum Apostolis Apostolicisque viris; & primæuæ ec-clesiæ Christianis, & confessionibus, & martyribus dignum; ô falutiferam manum quæ in tot miferorum mortalium opitulationem femper extenta, semper exporrecta est: Quoties ego vidi fereniffimam eius MAIESTAт в м in genua procidentem, toto corpore menteq; adorantem, Deum verum inuocantem Christoque Saluatori supplicantem protalibus; quoties vidi illam perpulchris manibus', & dealbata niue candidioribus, audaciusculè abfque vllo fastidio, non fummis digitis tangentem, sed prementem & contrectantem falubrius 02